



Frid.
TAUBMANNI

Fr.

Lusus duo juveniles.

MARTINALIA
&
BACCHANALIA.

Gelasimus

Plaut:

Jocos ridiculos vendo: agite licemini.

VVITEBERGAE
Ex officina Zachariae Lehmanni,
M. D. XCIII.



A N S E R E M
hunc
M A R T I N A L E M
vobis dedico,

Nobiles, spectati & eruditi
C O N V I C T O R E S.

ita dico,
U O B I S:

Qui etiam ex iis estis, qui miserum hunc Socium,
Causa nondum dicta,
lite nondum contestata,
strictis heri telis mecum adorti fuistis; pul-
sastis; occidistis; deglubistis; de-
glutivistis.

Quid meriti sumus?
Martine Gansmame
Hen. Reutere
judicato.

*Ulysses in Ithacam confiliis breuem Dulce est desipere
in loco. Horat. 4. Od. 12.*



LECTOR,



Vdi. Credere si voles, quod audis,
Exesto. cave, siqua credidisti,
Mox decredere cogeris. profecto
Meras fabular heic inanitates.
Idque edico prius. cavebis ergo,
Si ridere nequis. cavillorum
Sunt praeludia: sunt facetiarum
Seminaria. praeter ista, siquid
Speras, falleris. Vnicum hoc volebam,
Et vos carminis architecti, ad unguem
Ne quaeso, omnia praefecate. lusi.
Lusi aetate juuencula, mearum
Ductu & auspicio Columbarum,
Simplex carminifex. severiori
Lulum hunc forsitan expiabo versu,

Qui pro tempore dicit, apta

Varia epulas in elegante dicit.

*cana sapientis poeta praebere A. 2 MAR.
oportet Spectatoribus. Athenag. lib. 10. cap. 7.*

MARTINALIA.



O ME jocosè, meos nunquam frustate
vocatùs,

Da mihi te socium scribundis versibus.
hac dum

MARTINALIA, dum licito GANSALIA
risù

Hac mecum experior juvenis. frons dura Catonum,
Et personati fastus, curaq; sequaces;
Et quicquid dare letitia se nescit, abesto.

Sed jocularia sunt. qui vult, huic seria sunt,
Vera itidem. quis enim ridentem dicere verum
'Posse neget? sed ut ut sit: rem (quia digna relatu)

Narrabo, ut facta est. aureis adhibete vacivas.
Siquis erit risus, licet hunc compescere mappà:
Hac quoq; si lacruma. miscentur tristia letis:
Nunc socco res digna venit, nunc digna cothurno.

Sed mihi cum venià hoc juris date, liberius quid
- Sique jocosius heic dixi: pro tempore dixi.

Solubi, declivèis mundi qui temperat horas,
Cum pecude agricolas extremo clauserat anno:

Iam.

Iamque niveis glaciabat hyems: jam stiria barba

Frigoris e coitu crepitabat ob ora colono: Baucis et non

20 Tityrus uxori pro re sic fatur ad aurem: in re filii. Sc
in Anson

Bauci vides, mea Bauci: ut sit fortuna! gelatur

Omissa Acriter: hoc primum. dein & vehementer egetur.

in Melb. Tu nuda a tunicis, solitoque ego nudus ab are:

in Asia Vixque operire potest pannucea filia cluneis:

Vixque fenestratus, nec vix, pede calceus haeret:

Frigusq; accessu mordacius urit in horas. Revant. 499. Coly in German.

Nec qui his occurri possit, liquet. o mea Bauci, Tarh. 2. 5. 2

Quid sumus acturi? foecundum concute pectus, Alfamor

Et da consilium; quo docti armemur in hostem,

30 Qui jubet exsutos numis amicare lacerna. Budely & monc
p. 10. n. 41.

Quod me consilium, vetula inquit, Tityre poscis plautin

Ecastor nihil est. nisi enim argentarium utriq; Men. 2. 3. 26

Suppetet auxilium, frustra conabimur istam Ps. 2. 1. 3. 78. 4

Bruma sevitiam nostro defendere tergo. Apul. 1. 3. c. 7. de An
rosario. c. 1. 6. c.

Tityrus huic, Audi mea Bauci: ocasio praesto est de dano p

Vnica, qua tandem gelidos exsculpere denteis lentario.

Fas hyemi fuerit: ne nos ita mordeat ultra.

Nosti illam, Bauci? Non pol, mi Tityre, novi:

Planipedes nisi forsitan aves animo innuis: ipsas

A 3 Has,

Petron. Sat. pag. 107.

Baucis est nomen in 2. f. d. h. l.

Scal. in A. f. m.

Has, inquit, volo; Et numero hoc portabo sub urbem

Venaleis septem: quum Martinalia nobis

Annua jam referat series, veniente Novembri:

Inde domum cervice levis, gravis aere revorsus.

Gausape te Bauci, Et gnatam per one gemello ^{πνεα, τριηη Sac.}

Protenuq; armabo; quibus acreis frigoris ictus ^{Cus, hinc Pero.}

Protelare datur: Fundo spes omnis in hoc stat. ^{Perf. Sat. 5.}

Si decollabit: de nostris frigora collis ^{Id Virg. 7. Aen.}

Ludent Francoi, propter juga vitea, caeli.

Sed melius res, spero cadet: quamq; ipse mihi spem

Fingo macram, poterit (. quos cras exponere verum

Collibet.) anseribus supra pingvescere votum.

Nam me, qui mores nunc sunt, minimè latet: harum

Quam cupidi rerum sint hanc aetate supini

Urbicola. Pol turba beatula, vecta per urbem

Pensilibus plumis: tantumq; operata palato!

Nec varicosa minus cupidi gens centurionum,

Qui nos ruricolae vaccinum stercus olenteis

Sapius invadunt condignis Hercule dictis.

Hi spargunt jam: Heus rustice, rustice, ubi anserem?

ubi? aequè,

Ac si tantum sint ad Martinalia nati!

Hoc

Hoc dicto adproperat cortem cum corbe loquacem.

Nil super his Baucis, nisi quod, stans in fore, clamet;

Tityre, ne corbem digressus in urbe relinquant. Arumna Pa
hicy de Regn

Mox legit hic septem, quos numata inserat urbi, p. 324.

Objiciatq; ira ferroq; igniq; magiri. Ed. p. 324 are.

GANS AE ubi senserunt, quò res casura sit, omnis

Obstupuit subitò confusus imagine rerum Vig. l. 12. p. 668.

Coetus, & obtutu tacitus stetit, ipse suimet

Immemor. Ut primum licuit fari, incipit una

70 E numero hoc: & suspirans lacrimabile, fracta

Voce quirit anteis hos ructat ab ore sonores: Vig. 7. An. p. 462.

Tityre care, tibi quoniam fors jus dedit in nos,

Vtere sorte tua: nec te accusamus iniqua:

Festum MARTINI est, quod nos vetat esse beatas.

- Sed, tibi si grati quicquam unquam fecimus; aut si

Posse putas fieri, quum te grandi are beamus:

Si non indecores villa, aut tibi viximus; oro Vig. 7. An. p. 231.

Per te, per, qua nos rapis uberrimè & herbis 10 An. p. 597.

Baucin, alit: breve quid socios da colloqui: & illis,

80 Id quod & ante annum licuit, valedicere saltem.

Annuat. extemplo videas factò impete, circum Plaut. Amph.

Colla catenatis amplexibus indulgeri.

Tandem ex his, animus cui tunc praesentior, agras
Adfatur lacrumans: Quid nos tardatis euntes?
Non opus auxilio est: nec defensoribus ullis 2. An.
Tempus eget: non, si ipse Pater nunc adforet Auca,
Instanti posset miseris, exsolvere casu.
Nec locus heic ^{Plaut. Mifit.} fabricis, nec fraudi, aut artibus ullis:
Nec nos ipsa Salus, hoc si vel maximè adoptet, Plaut. Pseud.
Conseruare potest. Sic sic cadit alea fati, 2. 3. 3.
Cui nos subicimus. Cum dis pugnare, nefas est.
Hau! luctu lacrumisq; breuem concedite pausam,
Auritasq; mihi date vos: dum nostra retexo
Fata Sophocleis non inferiora lucernis.

Venit summa dies, & inevitabile punctum
Temporis: inuisas quo nos MARTINVS ad aras
Destinat, atq; hominum barathro committit avaro.
Principio, cum jam promote venimus in urbem,
Civicus extemplo pauxillo praestinat are
Expositas venum: sublatas fauce retortà
Tradit inhumano, tali cum voce, magiro:
Tolle: neca: coque. nostri hodie hac sit praeda palati.
Fungitur hic iussis properanter herilibus, & se
Grato operi accingit: ramentaq; plumea plenis
Despoliat

Despoliat digitis, à collo ad podicis antrum.
Post ubi deplumes sumus involucresq₃, cruentà
Stirpitus abrumpit caput à cervice securi:
Iuncturisq₃ pedes medios distruncat; Et alas
Rumpit: cumq₃ albo ^{per}unctos exenterat artus:
Mox calidis mersantur aquis in gloria membra,
Volunturq₃ revolvunturq₃: probeq₃ lavantur:
Ne quid rus sapiat, nareisve offendant acutas.
Hinc vice vibratà trepidantia viscera raptim Gestus
notatio
Dissiliente securiculà manus utraq₃ certat.
Dilaniare foco. quibus inter se ordine mistis
Conficitur farctum: quod vulgo ANSERCULUS illis
PULLUS seu PARVUS, Gentis pro more, vocatur.
Deinceps perpetui violentà cuspide ferri
Transadigit coctas mutili sine nomine trunci:
Admotumq₃ rogo volucrem compellit in orbem
Ludia continuo rediens structura rotatu:
Perfidus Ixion quo more rotatur in orco.
Sed prius interior ventris spelunca repandi
Ingenitis spoliata bonis, mendacibus extis ^{et hinc}
Farcitur mactè: Pro corde Cydonia poma,
Cotona pro jecino: pira pro pulmone: nucesq₃
Plurima pro stomacho.

B

Cast-

^{cordis}
Castanea stomachi vice sunt: & totius instar
Visceris Artemidos jucunda fruentibus herba,
Dumq; ita torremur, pueri certante cachinno
Adfectos ludunt: & acerbant voce dolores:
Inunc, & tostus lege, garrule cantor, avenas!
At tibi pro scelere hoc, & tam crudelibus ausis,
DI, si qua est caelo pietas, que talia curat:
Si qua penes socios vindicta flammula nostros,
Dignas persolvant grates, & premia reddant
Debita: qui crucias adeo nil tale merentis:
Insuper & nostris audes illudere damnis: (nobis,
Quid, Coce, peccatum est unquam, Coce barbare,
Vel modico scutica tantummodo verberare dignum?
Vnius culpa, Fratres, arcesimur omnis
Posteritas: hujusq; odij una atq; unica causa est:
Quod nostro indicio MARTINI innotuit astus,
Quum vellet pactam sibi declinare tiaram.
Hinc & adhuc tanti sunt semina tanta furoris:
Cum tamen impulerit nos non mens certa, sed error.
Credo equidem, sana si vel semiuncia mentis
Posset in humano reperiri corpore: si vel
Grati animi mica, ingenui si gutta ruboris:

Haud

Haudquaquam nostro generi tam dira pararent.
De nihilo est, Roma vigili Capitolia cantu
Conseruisse olim: nihil est, dare culcitram ab ipsa
Corporis hac nostri lana interiore referetam.
De nihilo est, Scribis; nihil est & vatibus ipsis,
Vatibus & scribis nihil est, inquam, edere pennas,
Pennas charteolo facileis decurrere campo.
Penna beat cælo: penna est, qua curat, ut ausit
Postuma posteritas factis clarere parentum.
Penna suis humeris, nullis adjuncta gigantum
Viribus, in nostras magno conamine terras
Intulit & Latias & Cecropis intulit urbeis,
Mixtaq; Chaldaeis recutita mœnia Gentis.
Sed nihil est: nihilq; minus si quid potis esse.
Omnia sunt ingrata: nihil, fecisse benigne, est.
O mores! o tempora! qualis (Iuppiter!) atas.
Nempe Lycambeis & Thuscis digna libellis.
Et II, is νότακας, quis non clamaret, & ignem,
Vir bonus: insonti cernens tot iniqua parari;
Nec prius auditum, nec dicta occidere causa?
At dignum his facinus, quibus est pro jure palatum.
Felices nimium, quas primo in limine vita

Martius infestam lupus ore immerfit in album!
Ne tot probra hominum, ne tot tormenta coquorum
Auribus audirent, exantlarentq₂ ferendo:
Illa morte cità, nos lentà morte necamur:
Illa unoq₂ eodemoq₂ modo, nos mille perimus.

Sunt tamen hac tantum, Fratres, elementa laborum
Quos exantlandum est. longe his graviora supersunt:
Qua prius expediam, quàm cedimur hostia, vobis.

Cum jam vesani requieverit ira Magiri
Exsaturata malis, usq₃ ad fastidia, nostris:
Concinat grandem sabre₂q₂ paropsida factam.
Nos super imponit medias cervice supinà
Ampliter, ut cena pompamq₂ caputq₂ parata.
Hinc atq₂ hinc lauto nos pulpamenta paratu
Dapsilium rerum stipant, velut agmine facto:
Lixaq₂, frixaq₂ adipato clune columba:
Pernaq₂: pulpaq₂ turgiduli petasonis: & armi
Avulsi leporum: merula: &, qua pectore tantum
Ac cervice sapit, fluvialis anas: & obesa
Conditi sale terga suis, cum segmine carnis
Altilium quocunq₂: prout vel copia cuiq₂ est,
Vel convictores: vel prout est a-sue-factus.

Condivium nuptiale His
Trivultij. 17 Politanum, p. 198.

His concinnatis, doctâ elevat arte catinum
Cincticulo femur & collum præcinctus agaso:
Ac graphicè incedit, ceu sacra ferat Iunonis.

Ipsi conviva modò nato more Tudesium,
Magnificè patriceq; sedent longo ordine circum:
Adductaq; sedent umbra, estricesq; ministra.
Iurares, mappas posse hos glutire manusq;
Qui cupiunt omnes spoliis se pascere nostris.

Tunc demum verè lacrumosa tragedia cœpat:
Tunc demum nostrum primordia simpla laborum
Dixeris illa, prior qua in nos tulit ira magiri.
Tunc demum, quantum est, sumus occisissima turba.
Vah! jam nunc mihi met formido: jam mihi tergum
Prurire occipat! videor sentire dolores (tres.
Corpore, mente animi quando hos mecû exputo, Fra-
Va miseris cultris: miseris va dentibus, omnes ~~sundero~~
Qui miserè in nostro patientur tergoe damnum! ~~sich.~~
At cancellatis digitis prius unus in illis
Divinum Numen votis adit: ac prece paces
Exposcit, pavidi similis: vultuq; severo
Verba sonat propero contortuplicata rotatu.
Ac si gauderent DI tam crudelibus ausis!

Hoc factò, parochus certamen cernier instat,
Nosq; minutatim contruncari ordine sueto.
Cunctantur pariter ridentes: nemo videri
Vult, ut qui socio tantum rapuisset honoris.
Eligitur tandem, cui mens presentior, & qui
E numero ante alios immanior. hic vaginà
Lautulus argutum procerà cuspide cultrum
Liberat, irruit, eripit: Et super impendendo
Nunc alam, nunc armum, nunc crus dimidiatum,
Nunc levam, nunc dextrum, nunc crus dimidiatum,
Nunc levum, nunc dextram imo radicitus ortu
Exsecat. Inde manu truncum disrumpit utraq;
Fervidus: & patinam fucatis obruit extis.
Plaudunt conviva. nonne hic homo doctus & acer?
Nimirum lepidè minimo discrimine novit,
Quo lepus atq; anser quo gestu perna secetur
Hic structor, meritò cui cedere debeat omnis
Pergula, cum Latiis Tripheri Doctoris alumnis!
Si quid peccatur, si non ritè omnia fiunt,
Stridere secreta divisos aure susurros,
Vicinum cubito vicinum impellere: & Euge,
Ingeminare, vides, obliquo non sine risu:

Atq;

Atq; reum ingenti mulctari saepe culullo
Evacuando uno ductu flatuq; retento,
Centaureorum Lapitharum more bibacum.

Postremo fervore pari furit omnis, & ardent
Dissectas stricto parteis invadere ferro;
Hic armum, hic alam, hic clunem, ut sua cuiq; lubido
Eripit: hic aliis alia haud poscentibus offert: (est,
Qua frustillatim in frustilla minutula findunt,
Oriq; immittunt: dentiumq; reciproco utring;
Verbere comminuunt magis ac magis: usq; adeo, dum
Quicquid ab anseribus superat, mer setur in album.

Hac sunt, Fratres, ubi Martinalia vivit
Humida gens hominum vinosam ad Francida. Verū
Quaritis, An nemo quisquam, his immanibus ausis
Indoleat? nemo. dolor est, non pluribus istud
Posse modis fieri; dolor est, non saepius anno:
Carnificesq; optant tales fieri omnibus horis.
At nostro ex usu est, quod non damur omnibus horis.

Interea verò non otia sicca sequuntur:
Sed germanizant magno conamine: limum
Seriola veteris deradunt: vina coronant
Anseribus saturi. Tenet insatiabile cunctos
Potandi cacoëthes, & arido in ore senescit. Ple-

Plebejos calices atq; emptos tresse minuto,
Conchasq; & Cyathos, & pocla minutula Grajum,
Roranti cupidum remorantia fauce barathrum
Commendant medicis: & qui, ut procius ille Terent I,
Pitissare solent, rareq; in vergere parco
Guttur Lenaum. Ast ipsi cratere capaci Semra. Cpta 83.
p. 187. Hercula.
Herculis in ritum torisq; trientibus hauriunt. in scyphis.

Omneisq; haud eadem delectant vina bibones:
Sed poscunt vario multum diversa palato.
Hic mustum sitit: hic horum: magis appetit alter
Rhenicum; cupidus veteris magis ille vetusti est:
Hic sitit indigenam: magis hic citra mare natum:
Hic nymphis jugulatum: hic vinum dentibus orbem,
Scilicet elisis ævo, ut sit mite bibenti:
Ille merum vinum, fuit ut de matre creatum,
Sed tamen omni Cos (.Color ac Odor ac Sapor.) insit.
Quis Cos hoc dixit? Quis, nî gens dia poëta?
Edepol argute! Quid mirum? arcere profanum
Atq; odisse jubent non abs re vulgus. Et addit;
(.Semper enim sermo prior argumenta futuro
Suggestit.) Est quidam, quem tutò dicere non est:
Tercentum is versus proculdit stans pede in uno.
Inter convivium Veteris consultabant, aut singula propo-
nunt aut istos negotiant. Vide inter alia Hortium
Adami, Carm. Jos. Majoris, in initio. **Prò**

Prò superi! Hospes ait: Nonne hoc est esse Poëtam?
Versificatorum hunc potius de surfure dicas,
Respondet genij melioris provida proles:
Hi sunt ex triviis qui argutant verba petendum,
Queisq; BONUS VESPER DOMINE HERMAN, semper in
Et Musis tamen & cedro se digna locutos: (ore est.
Sicq; sua adpingi vatium ALBO nomina credunt.
Qui cascum omne vocant Saturni ex podice, quicquid
Ipsis non intelligitur. Verum optio detur
Si qua mihi: scælas, Bacchi pro flore, lacunas
Sorberent, doctis qui vatibus absona dicunt
Cum matre Evandri; At qui ex face vocabula sumit,
Venaturq; levis stolidi suffragia vulgi
Insipido versu & per humum repente, quid optem?
Ferte citi scælas, date funem, pendeat; ut sit
Carmine non tantum: sed toto vertice supra.
Rident conviva. Hic pergit: sic esse Poëtam
Atq; poëma decet: Sermo sit purior auro:
Nec nimium veter aut novus: omni labe solæci
Expers: non calamistratus, nec inania turgens.
Non tamen elumbis: plebejam aut serpere tantum
Doctus humum illepido gestu: & suspendere frustra

C

Auri-

*Auriculam tentans lectoris: sed tamen audit
Hic bene apud Francas aures. Quid pluribus aures,
Alter ait, Francas; potius mera Franca referto:
Et jubet Herculeum impleri à Ganymede culullum:
Corporeq; eminus paulum scit à arte propinat Gestus
notatio
Collega, arguto supplantas verba palato.
Dicere enim non est, quàm scite scita sit harum
Futilium rerum decoctrix turba taberna.
Adfiduo hortatu Cane-pater instat: Et, Este
Este, inquit, lixum, frixum, quodcunq; palatum
Quodve libido jubet: sodes potate, Quid hoc est?
Certatim properent reducem data pocula in orbem,
Bacchica pocula: terrestreis sine sanguine canas
Rustici edant: potentq; liquorem, quem bibit Anser.
Ne quis de mensà sese auferat: aut sibi parcat.
Donec tam madidè madeat, quàm Iuppiter udus,
Si pluit: aut musto si spumant prala falerno.
Tityrus hinc properat: via longa: ego fessa: Valet:
Et nostrum memores estote. Aliquando miserta
Nostra pœtrices lugebunt fata COLUMBAE. 323.*

F I N I S.

BAC-

BACCHANALIA

dico destinoque

Trigæ Nobili,

VVOLVFGANGO,

SIMONI,

ABRAHAMO,

}
|
|
}

Händln.

Austriacis.

CONSORTIO

item

Spectato, liberali, erudito :

D. D. D. D.

HENRICO REUTERO, de Summerfeld. Sil.

HENRICO CHRISTELIO, Vurat. Sil.

MARTINO ROSENBERG, Dantisc. Bor.

IOHANNI STEPHANI, Francof. Vuetterau.

amicis & consecrancis,

Vos ea, per occasionem, videte : immò ridete, aliter enim Bacchanalia non constant hodie.

Et vos hic risus fortassè in seria duces.

fortasse autem? immò verò planissimè, Profuit cum Syrisco Comico in huiusmodi patinas, tanquam in speculum inspicere : & quid vitatiù factuq; se melius, etiam inde dignoscere.

LECTOR,

I

 Ic est. iucunda floret mihi ver adhuc iuventa,
 Et cor iocis idoneum. iocabor ergò
 Dum licet, irrediviva volat (.viden!.) hinc dies iuventa,
 Hinc cana cras anilitas. secretam & ipsa
 Gannit in aurem Mors, & spem vetat inchoare longam:
 Quem dat dierum cumq; fors, appone lucro,
 usq; monens: post cras duo vel tria iter tenebricosum
 Profectus intendis; ubi pernegant Poëta
 Quemq; redire. Sed hætenus. hinc procul hinc velim triparcè
 Crumenimulga natio cedant danista;
 Queis, auri nisi tinnitus, queat excitare risum
 Res nulla. vosq; semper austeri Catones,
 Quos neq; Comus, & ipsa Lubentia non lubentiores
 Concinnet: usq; fite & usq; estote tristes.
 Siqui a curâ te recreare voles, agè aucupatum
 Hinc auribus veni voluptatem vacivis,
 Nempe sapis, qui calles tristia temperare latiss;
 Condire curas hilaritate. Ergò paratum
 Si quid habes gaudere, agè gaude, & usq; ride
 Mecum, creat vel mille mortes ante mortem
 Mærens cura. Hec causa ridiculi jociq; dixi.
 Mâlis nec alienis ineptum riserimus;
 Quando vultum a tempore sumimus ipse, tuq; & ille,
 Qui Teutonorum BACCHICOS ridemus ausus.
 Sed de me ut loquar & versû: lacero heic neq; impeto ullum
 Mordace dicto. risione, more Flaci,
 Admissus circum præcordia ludo; ludo nusquam,
 Ledi nisi a me somniet, cui frigida est mens.
 Sicubi sum visus morsum meditarier, remulcens
 Quam max tepente lingua eundem temperavi.

BACCHANALIA.

Scilicet ingenteis crispanti nare cachinnos
Ingeminare lubet: dum verni circulus anni
Illud Germanum BACCHI solemne reducit.

Maxima mira cano, sed maxima vera. Etenim,
Mentiar, haud video, cū non sint premia falso. (quur
Ridendum certè est; si muta silentia nobis
Ipse vel Harpocrates objecto pollice mandat.
Ridendum & crassum est; si mæstus Crassus, & huius
Ære nepos dives, condensæ grandinis instar
Certatim injicerent nostris auri oribus offas.)
Atq; ubi ridentes vos concinna vero, risu
Effundam: nam sum petulanti splene cachinno,
Democriti ritu. Et mihi quei moderatio risus
Ulla sit, insipidos hominum quando exputo mores,
Queis hac decoctrix atas delirat in orbe?
Materies risum secunda occurrit ad omnem,
Præsertim hoc lucis. Tremulos impellite lumbos:
Et mecum effuso rictum diducite risu.
Quod licet Abdera, nobis an turpe putandum est?
Accingor. tanta si qui cognoscere fama

Expetitis festum, priscorum imitamina patrum,
Huc sitis properè, redimiti quassa corymbis
Tempora: vos ducam auditum visumq, quid id sit.

Et tu cumprimis huc **EVOE BACCHE** venito:
Seu mavis Bromius, seu mavis Evius Evan,
Seu vis Ogygius, seu vis audire Thyoneus:

Accelera bijugum pictis insignia franis
Colla premens lyncum, maculosaq, terga repexi
Pulcrius elato surgant temone jugales.

Tota tibi est hodie Germania: se tibi dedit:
Tota tibi insanire cupit: tibi cymbala quassat:
Lata tibi gratos ululat per compita cantus:
Dat motus, ac colla rotat, spargitq, capillos:

Tota tibi, **BACCHE** est, exsuta hominemq, decusq.

Sed quia potor aqua nil cantat Osyride dignum:
BACCHE, tuo vati invergias cratera sub oras
Conferctum summas vino quod murue certet:
Hoc ego dum carmen juvenili bacchor hiatu.

Tu pagi interea cultor, tuq, urbice, vinum
Dum bibo, frudenteis madidis innecte corallas
Postibus, & densos per limina tende corymbos.
Festa corymbiferi celebramus mystica **BACCHI**

Tento.

Teutones, antiqui simulacra notanda furoris:
Primitus à Baccho qua BACCHANALIA nostri
Dixerunt atavi. Sed si qua audacia verbi
Dicturo detur, malim FURIALIA dici.

A Rure ordimur. ne vobis, quaso, pudori
Illustres anima sit, jam cessisse colonis:
Quondam & rusticitas, cur sit veneranda, meretur.
Postquam nox acta est, anteit qua proxima Festū;
Nec tota acta tamen: verum illud temporis instat,
Quod tu nec lucem, nec posses dicere noctem:
Sed cum nocte tamen crepera confinia lucis:
Rustica anus Spatiale, mediis cui naribus ingens
Gibbus, & acre malum semper - stillantis ocelli:
Tristia venturi metuens incommoda Festi,
Membra levat prior horridulo demissa grabato;
Exploratq; manus praeuanti cauta tenebras;
Hesternaq; focum servantem semina flamma
Vestigat: sed nulla super sunt semina flamma.
Iccircò abstrusum ferro sibi protinus ignem
Elicit incussu silicis, pronamq; subinfert.
Cernua candelam, stipulasq; humoris inaneis.
Atq; animat placidis moribundum flatibus ignem.

Iamq̄, foco instructo succendit sedula lychnum.
Oppositâq̄, manu tremulum defendit ab aurâ;
Ac reserat notâ, qua prœvidet ostia, clavi.
Hinc sibi depromit florem similaginis, illum
Album, emendatum, & vacuum purgamine crasso;
Provida quem pridem taleis servarat in usus.
Addit & ova, addit lac: & inde revortit ad ignem:
Concinnatq̄, ingentem ingente capedine lancem.
Ova aperit subunda manu: contemptaq̄, passim
Spargit humi, atq̄, abicit: simulam lactisq̄, liquorem,
Atq̄, aliquid mellis (.rem si bene nosco.) salisq̄,
Inspergit micas. geminos mox veste lacertos
Liberat, & tunicam contracto crure coërcens
Miscet opus cochlearis ope: immistumq̄, retractat
In gyrum properante manu. quo singula formam
Deperdunt solitam, faciesq̄, è pluribus una est.
Tunc demum digito vorante paropsida totam
Circumit: ac massam distantia cogit in unam.

Interea primo feriente cacumina sole,
Exclamat; Mycale Mycale: quæ est unica custos,
Torta comas: & rufa genas: & turgida vultum,
Dextrum lusca oculum, & laevo prope inutilis ipso:
Pectore

Pectore lata : jacens mammis : compressior alvo :
Crura tumens : femora exilis : pede prodiga, quique
Continuis rimis calcanea fissus hiabat.
Hanc vocat : atque armenta jubet curare : domumque
Vasaque ; et in mundum promptè dare cuncta nitorem.
Inprimis tamen ante fores discrimine puro
Area deposito squallore superba nitescat.
Dum Mycale hæc curat : Spatiale non segnior instans
Coëptum fingit opus, fermentaque depsta palmis
Diducit : partesque facit : formatque placentas,
Non unis, sed mille modis, sed mille figuris.
Si numerem : numeros transcendet copia nostros :
Nec mihi tot corbes, quare non metior illas.

At postquam Eois caput eruit altior undis
Phœbus : et octava jam linea tangitur umbrâ,
Grex minimus patrii convicia garrula tecti Tert. Phil. p. 75
in Calc. p. 230.
Emergit plumis : jamque ad nova sacra catini
Et calidas circum palmis plodentibus ollas
EV OE BACCHE sonant : His solus Bacchus in ore est,
Causa placentarum, et tam grati muneris auctor.
Nec modus heic epulis. stant plura cibaria, plures
Lautitia ; petaso ; veteris succidia porci ;

D Arminus

Armus ovillus; perna suilla; tomacula; suinen;
Sesquipedem praelonga etiam sarcimina: Et horum
Plurima, grata esu; sed non ita grata relatis,
Privatis majora fociis hoc omnia festo.

Hec pauper nemo est: heic victitat ambitiosè
Cornibus impositis cum divite pauper in horam.
Quicq; nigrum, Et solida quoq; mucida frusta farina,
Qua genuinum agitant solitum prohibentia morsum
Sapè in delitiis habuit pater esuriei;
Carneq; tantillà requiescere ventris orexin
Non timuit, toto nec scivit vina Decembri,
Nec crassà rigidum potuit defendere frigus
Cannabe: nunc lautè vestitus inambulatur: hornum
Indagat vinum per Bacchica fana, tabernas:
Deproperat variis stomachum laxare saginis:
Est panem niveum molliq; siligine factum.

Jam scio, dicturus quid sis, Nimis a via vero
Narras, Et qua testis egent. Dubitabile verum
Hoc tibi ne fuerit, Taubmanni juro Columbas,
Et ventrem BACCHI, quo non presentior ullus
Nunc deus apparet, tam me tibi vera referre;
Quam veri majora fide. Nonne hoc satis? Aut si
Mentiar

Mentiar, & nasum & barbam pulve inquinat unctâ:
Atq; merum atq; placentam hodie potum atq; voratum
Sublimis rapiar saturas ad divitis adeis:

Nec, nisi sat madidus, nisi sat satur, inde revertar.
Hoc mihi supplicii, male si quid mentiar, opto.

E diverticulo redeat narratio. cum Sol
Præcipes cæli parteis, obitûsq; supinos
Iam petit: & vesper commutat primulus umbras:
Vecordi demum juvat insanire furore,
Atq; omnes fatui numeros parteisq; tueri
Publicitûs, privo dudum astuat angulo: & ecce
Ebullat subito, cui mens vesanior unus
Oblitus decoris larvâ oblitus ore pudentiâ,
Membraq; monstrificis obnuptus cetera formis.

Quis sua Democritus non rumperet ilia risu?
Cunctis clamaret succis opus esse Melampi,
Et tribus insuper Anticyris, totidemq; Galenis?
Humani generis mores tibi nosse volenti
Sufficit una dies: sed longum: Hora una docebit!
Namq; homines faciunt hodiè (res mira!) quod i se
Non sani esse hominis non sanus juret Orestes.

Totus inæqualeis habitûs indutus ab imis

Talorum nodis supremum ad verticis orbem:
Corticibus frontem obseptus malasq; comasq;
Adspectu horrendis; Et formis mille colorum
Distinctis variè: quos augur in omina vertat:
Exsuvias scapulas hirtis taurive capræve;
Aut scedà, aut ruptà, aut consuto vulnere crassà,
Nec non inversà, insolitoq; colore lacernà.
Induviis aliis, quæ crus esse incipit, Et quæ
Turgida nervosus facit internodia poples:
Inferiusq; alius. vestigia nuda patefcunt
Alterius pedis; at crudus tegit altera pero.
Omnia semilacer: cento heic hiat, aut hiat illic?
Cento alius rima informem contexit hiatum.
Nunc alio atq; alio se format Et alterat usu:
Semivirumq; nurum, nunc seminurumq; virum se
Mentitur: nunc vir totus: nunc femina tota est.
Nunc juvenis saltu per apericum vitulat agmen:
Nunc equitem similans positus sude, proflat anhelum
Spiratum, Et ad numerum rapidus citò colligit ungues
Fictitios: gyrumq; legens properanter ineptit:
Nunc fingit senium, rabiosa silentia secum
Qui rodât, mentoq; solum prope verrat, anili

Se portans ferulà multum similem ruituro:
Impositis capripes nunc Faunus cornibus exit:
Pallenti musco nunc totum corpus obumbrat:
Nunc claudus sutor: nunc grallatorius exit:
Nunc mirmillonem, nunc exprimit ille subulcum:
Stramineo totus nunc errat opertus amictu.
Nunc. Sed quid frustra circumvehor omnia verbis?
Dixeris è stygiis monstrum huc venisse cavernis.
Namq; (.sit exemplis rem fas aquantibus uti.)
Omnia Sattanico Proteo usq; simillimus Orci.
Nullo quippe alio vincit discrimine, quàm quod
Hic corpus verum est, sed corporis aliter imago. (fletu,
Mirum, inquis, narras! Mirum nimis. Et magè
Quam risu dignum, inquis! verū. At Democritos nos,
Non Heracleitos aut Crassos esse, putato.
Si benè me novi: si vos quoq; me bene; tuò
Credite, me solum vatis recitare Sibylla.
In vacuum erumpit, quasi agat manifesta phrenèsis:
Prodigiūq; quid instar habens. Et concius æstro
Dat saltus. dat gyros. dat cursus. dat orantibus
Complosis gestibus manibus. fanatica olla
Lactitat. Et populum risu quatit. insimul omnia

Scurratur sibi vicatim per compita pagi:
Seq̄ parat stolido metuendum reddere vulgo,
Indomitos veluti gereret sub corde furores.
Insequitur nimbus puerorum: effertaq; totis
Agmina densantur vicis. Coit omnis in unum
Pagus. Ceu quondam si forte poëtica surgit
Seditio, & rabies subito pagana tumescit.
Siatanus & Stiphelus; Labrax, Gelasimus, Epopeus,
Mopsus & Eumolpeus; & cum lusore catello
Ascalaphus, multisq; tumens ridenda placentis
Ora Malistophagus, cum Ludio Ophelte Philythlus,
Nyxtilus & Corydon: Lycidas & Grillus, & Henno:
Matticus & Capaneus: Halys ac Manducus & An-
Cotilus & Capito: puer Asthac & puer Idas, (Ibrax:
Idas barbigeri dominus gregis, Asthacus horti:
Strabax, Stratillax, Sceparnio Dordalus, Harpax:
Morioq; & Molpeus, atq; his adjunctus Enipeus:
Atq; alii multi, quos fama obscura recondit.
Hi quacunq; via monstrum institit iste, sequuntur:
Ac pagum incendunt clamore. exercita pulsu
Concava tecta sonant; clamor sum Stentora quemq;
Vincere jurares reboanti gutture. Ad ipsum

Scandit

Scandit siderium fatua acclamatio cælum.

Ille oculos in se convertit, & implet hianti
Monstro omneis. tantum grassatur limite curvo.
Nunc fugit in spacium, nunc decipit ora sequentium:
Nunc redit in gyrum, vult ludi & ludere turbam:
Vult modò deprendi, modò se subducere furtim.
Turba instat, magnòq; inhiat clamore protervas
Intentare manus: Huc huc properate frequentes
Curriculo: nunc nunc; heic heic, quem querimus, heic
Phy! Eleleu! Eleleu! Heu hoë heu hoë frementes; (est. 55
Tantum Eleleu, Eleleu, heu hoë, heu hoë boantes. 55)

Effusi cunctis matresq; senesq; fenestris,
Vernalisq; cohors pinnas & tecta domorum
Obsedere. alii tumulis sublimibus instant
Larvatum digito monstrantes indice Monstrum.
Grex trimus, quibus angusta sub pectore vires,
Excursus tentare brevis a limine; tutos
Quò citius possint, re urgente, redire penates:
Multumq; elato clamantes murmure mum mum,
Secura absenti faciunt convicia monstro:
Si venit hic propius, mox illi currere in ades.
Iste aliquantillum huc it, & huc it, nullibi certo

Tramite. adinstat agens condensato agmine vulgus;
Hosq; aditus, jamq; hos aditus, omnemq; pererrat
Undiq; circuitum: furtoq; obrepit & astu.
Ille ubi presentit fraudes, citò fuste columno
Retrò agit incaßum conatos. Turba vicissim
Evoë bacchantes Evoe capita inflectentes
Acrius irruunt. Non segnior ille ruentes
Rejicit, & cuneis adigit dare terga solutis.
Qualis ubi alterno prourens turbine Nereus
Nunc ruit ad portus, rupesq; superjacet undam
Turgidus, extremamq; sinu perfundit arenam:
Nunc retrò ruit atq; astu revoluta resorbet
Saxa, vado terras iterum labente relinquens.

Hinc nactus spacium, detractà veste, patenti
Clune, supercilio clivosi tramitis, ausu
Incubat abnormi indicens certamina ventri;
Ac fœtum oblonga fumanteis tornat in auras
Turricula similem; cuius nomen mihi nuper
Excidit: & circumerrat nunc tantum aurula nares. ¶
Tum, displosa sonat quantum vesica, pepedit
Cruribus elatis. Neq; enim jam curo, quod iste ¶
Mundulus oggannit, fronti periisse pudorem.

Tem-

Temporibus servire licet do rustica ruri:
Civica do civi. si risus, rideo & ipse:
Lugeo, si luctus: si BACCHANALIA, bacchor.
Phy! Eleleu! Eleleu! heu hoë, heu hoë boatu
Infremuere omnes: multumq; obscena precando
Omnem interficiunt ringenti nare Lupercum,
Tornatumq; opus haud spirans de messe Sabaâ.
Nec mora: curvi in humum digitis vorantibus hauri-
Quod pastu satura postica per ostia vacca (unt
Dejiciunt (tax!) terra. It toto turbida cælo
Tempestat lutulenta, ac stercoris ingruit imber
Fœtidus: incussi veluti cum putria quondam
Poma cadunt ramis, agitataq; ilice glandes.
Ille subiratus caligas fulcire laborat
Clunibus hærentes male; deproperatq; tenaci
Proxima quaq; dolans baculo: latumq; per agmen
Ardens limitem agit: laceransq; urente popellum
Verbere: non paucos flagris pregnantibus opplet.
Haud tulit ulterius Stiphelus tot iniqua patrantem,
Pagani Stiphelus juris scitissimus, ultor
Proludens iras obnixa murmure dentis
Profilit; Hem scelus importune hominis! tibi pestem!

E

Qua

Qua male Tisiphone, quibus exagitare colubris,
Intantum ut grassere? Hoc dicto exsuscitat iras:
Ac pugno infrangit colaphos. in fragmina larva
Disiliunt. nudos hic ad spectacula vultus
Erigit, ac populo patet agnoscendus ab omni.
Exoritur risus, plaususq; per omnia vici
Compita: vox altum pulsat Cyclopica caelum.
Hunc pudor & bilis, mistoq; insania luctu
Turbat, & exstimulat latranti in corde furorem.
Involat in faciem falcatis ungvibus ardens
Adversi Stipheli: Stiphelus non segnior, huius
Occupat os, iram ac pedibus surrectus in altum;
Impressoque genu nitens, terra applicat ipsum
Turbidus, & lutea prostratum extendit arena.
Hinc animum instigans, atq; addens viribus iras
Non requiem pugnis dat, ne pausam ictibus ullam;
Nec votis aures, fluidove irata cruori (pe, quod do:
Lumina: tantum haec, Hem nebulo, hem nequam acci.
Hem tibi adhuc unum, in super unum; unum in super
Atq; unum id semper duplicat cum foenore trino. (addo.
Sed tibi quid videor, capitalne, aut digna cothurno
Thespidis enarrare? Mane, mane: omnia nondum.

Non-

Nondum, quod caput est, audisti. Hic post quã ita cœsus,
Semianimisq; micat dissectis undiq; malis,
Vel Stiphelo miserandus; operinq; adposcit hianti
Gutturē (nam elisi dentes saniesq; cruoris
Intercludebant animam vocisq; meatum)
Ferre nequit tantam placido vim pectore Epopens,
Innatitans laxis coriis ocreatus Epopeus,
Dente crepans, oculisq; tremens, plenisq; minarum
Vulcibus, è turbâ perniciter emicat ultor
Confecto pugnis socio; atq; istius utraq;
Raptat colla manu; tractatq; atq; impete prono
Illisum ad terram dat. Mox prorumpit Enipeus,
Mox Lycus ac Fronto, Colabiscus, Dotzer, et Henno,
Thesprio, Philolaches, & Stasimus atq; Danista, Melodia
Gumioq; & Lucumo, Salaputius & Salicippus p. 554.
Subsidio sociis. Calidas crebescere rixas
Primitus audires consueta proœmia pugna.
Hinc fervore pari concurrunt, Hostis in hostem.
Nec socius socio dubiâ nec amicus amico
Noscitur in turba: furor est idem omnibus. Ingens
It cœlo clamor. Neq; ferrum, sed vice teli
Sevit nuda manus: feriunt, plagasq; vicissim

Vultibus excipiunt. pauca sine vulnere mala:
Hic denasatus plorat: crassum ille cruorem
Multum ore eiecit, mistosq; in sanguine dentes:
Ore exossato hic nulli intellecta quiritat:
Dimidios videas toto certamine vultus,
Atq; alias solito facies, & hiantia ruptis
Labra genis, plenos oculorum sanguine pugnos.
Hic ad humum datus exanimis propè, reptat arenâ:
Hic remeat tumido non observandus herileis
Ore domos: alter pugnis laceratus adorat,
Quattuor ut liceat cum dentibus inde revorti.
Immodicis reliqui stant ictibus externati.

„ Vsq; adeo perpes nihil est! inopina nec ullam
„ Fata voluptatem liquidam puramq; relinquunt!
Rus male compositum linguo pagiq; tumultus,
Dum naso integro, dum salvis dentibus ire
Et licet & tutum est. Chirurghi cetera sunt
Et vespillorum. Nos hinc properamus ad urbem,
Urbem murorum solidâ compagine tutam.

Huc ades, huc Lenæ pater: carchesia succi
Funde tui vatiq; tuo vatisq; columbis:
Namq; vides, ut hient! Dum PACCHANALIA carptim
Civica

Civica in angustum verborum involvo rotatum.

Sol ubi serus obit, declinatoq₃ subintrat Nox.
Hesperium temone fretum, curruq₃ veredos.

Eximit emeritos: Et pone vicaria prestat
Munia luce nothà bijugis vaga Cynthia mulis:

Urbicola tandem sua BACCHANALIA vivunt.

Quamquam etiam heic sua non desunt ludicra diei.

Namq₃ ubi mane novo paulum lucefcere caelum Mane

Primitus occipit; non sol tamen inficit orbem

Lueis adhuc radiis: intrantes balnea, membris

Sudorem eliciunt, lymphàq₃ calente lavantur:

Cui vis, nescio qua, magica occultata putatur!

Deinde ubi jam medius tennes sol cōtrahit umbras,

Inq₃ pari spacio distant propè vesper Et ortus; Meridies.

Indulgere sibi varios pro-tempore lusùs

Sub dio videas, varioq₃ exercita nisu

Corpora. jam implicitis per mutua vincula dextris

Se ritu Saliùm erranti referuntq₃ feruntq₃

Turbine, cedentem jam findunt aera disco.

Iam torto in gyrum revolubile verberare buxum

Impellunt urbem privata vel atria circum.

Iam veri simulacra cient mentia duelli.

Jamq; pila expulsim jam raptim ludere cura est.
Iam trabea esseduloq; ruunt per aperta viarum,
Aut freta consolidata gelu, glaciemq; coactam.
Sape rari volupe est salebrofa per inuia multis
Carpento, bipedum quod anbelo nisu asinorum
Longa catenatis tractet compago lacertis;
Evoe Bacche fremens. soli tibi, Thyrsiger, aptum
Vociferans. Trabeas clivosa per ardua multi
Subducunt, in iisq; sedent: dein alite lapsu
Pracipites ruere & sola lubrica radere certant
Vix leviter nive libata: falluntq; sequentum
Cursu oculos: ut saxa jugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, clivoq; latus pendente recedit,
Atq; ora adstantium fraudat vehemente rotatu.

Hoc atq; huic, qua cuiq; sagax natura ministrat,
Consimili studio frangunt curamq; diemq;

Vesper. Quamprimum vero caput extulit umbriferum
Lautitiasq; gula, & ventri indulgere placentas, (nox;
Semisum leporem, atq; aliquid de clunibus apri,
Lauta animalis apri propter convivium nati:
Fecundoq; alacres generosi munere Bacchi
Diffudere animos, lati sollemnia Festi

Argu-

*Nubibus est: Mauros hic reffert ore; cycneas
Hic plumas albore prait; pice nigrior ille est.
Hic facili pra se declarat gaudia vultu:
Ille exspirantis preportat pectoris iras:
Hic trahit haerentes, hic arte cacuminat aures.
Hic alio larvatus, & hic alio ora praoptat
Esse modo. turpe est dictu, sed turpior omni
Carmine persona est: crucis ut signacula diris
Objicere ominibus properet forte obvius illi;
Multumq; execrans jubeat stupido oris hiatu
Ire, fatigatas quò Dadalus exsuis alas.*

*Hinc sua carbaseis involvunt corpora velis:
Seseq; abscondunt, qui cuiq; arridet, amictu,
Ex oculis alias hominum, atq; usu ante remoto;
Sapeq; circum circa extremo margine limbis
Stramineis, aut versicoloribus intertexto;
Reddat ut insolito mirantem more popellum.*

*Deinde rotundatas argenti protinus offas,
Concisumq; aurum in titulos faciesq; minutas
Aut chartâ aut aliis obnubunt partibus: Hinc se
Dant foris: insequitur longus thyasus fatuorum:
Aut certè fatui parteis numerosq; tuentes;*

Mille

Mille cicatricum vestiti ac mille colorum
Induvis, centum crotalis hinc inde revinctis.
Amplificè incedunt, ac lunà teste feruntur
Urbis per vicos: perq̄ omnia compita motu
Grassantur tacito: veluti fanaticus æstro
Percussus, Bellona tuo, stimulisve Lyei.
Nil aequale illis: currunt per sæpè, velut qui
Latronis sicam fugeret: per sæpè, velut qui
Portaret sacra Iunonis: gressuq̄ moventur
Spondeos imitante pedes: habitumq̄ superbi
Quassando undantem faciunt subeuntibus auris.
Quis moderet risum mento sapiente magister?
Turmatim inde domos, tanquam ad vivaria currunt.
Interdum è numero quidam præferre iubetur
Arte rotundatas, constructas arte placentas;
Examen quasi apum tumidà confederit uvà
Stipite ramoso. Admissos conclavibus infans
In gremio matris formidat pallidus; inq̄ hos
Obliquat plorans trepidantia lumina. At illi,
Aut unus saltem ex illis, una sive duasve
Profert tessellas; argentum ponit, herumq̄
Provocat in ludum vultuq̄ manuq̄ loquaci.

F

Nam

Mille

Nam tacito heic opus est: nec fas sua sensa profari,
Nec facere ullius indicium de nomine, ne de
Aere sub obtentu: sed magna libido tacendi
Omnibus: inq; vices mutam clauso ore loquellam
Compositis conferre notis heic cura sit una: a momar. ^{Lipr. Cent.}
Si tamen hinc tollas mum mum. Nam dicere ^{3 ad Belg. f. 60.} mum

Et licet, & ludo vox est solemnis in isto. (mum

Nec quoq; contingi patitur se luminis usu

Ullus: per corii patulum larvalis hiatum

Pro se quisq; bibit comeditq; merumq; cibumq;

Panè sui oblitus, quod primum panè referrì

✓ Dignum erat. Inprimis, per totum janua lusum

Ut stet aperta, opus est cauto: si clauditur, omne

Depositum mox cedit hero, vel iudice BACCHO.

Iccircò hanc laxant: observatorq; locatur

Intentus custos: qui, ne sint otia, telo

Arcuq; effundit paleas à fruge solutas

In preiens famulare genus cum pulvere denso.

N. Hoc quoq; pra reliquis penitus curare necessum est,

Ne forte in mensa quicquam de pane relinquant.

Illi instant, seq; emungunt per mutua numis

Ingeniosè. adstat miratrix turba. sed hec lex

Ludendi

Leger ludendi.

Ludendi ratio est: Primus jactit advena talum,
Verum haud in mensam, sed quod pede subjacet imo:
Senio si steterit, capiet quoque senio victor
Depositum, si jactus erit. Si Chius; & hic est
Victor, si jactus fuerit. Sic Couis; & omnes
Ordine lucrantur pretium, si talus eodem
Quo steterat primum vultu stat. Sponsio enim illi,
Punctorum numero qui vincit, cedere non vult.
Quamquam etiam heic nulli certabo procatior: omni
Mos suus est terra: sua cuique insania genti.

Heic aliquis, dexter steterat cui senio nunquam,
Sed semper positos damnosa canicula numos
Raserat: iratum clam quid sub pectore latrans
Fortunam impugnare Deam, argentoque subactam
Ad genii trahere arbitrium. in jactum ampliter unum
Committit Sorti servandum in sacula censum.
Ecce, viri in te si quid, ait, contende: mea jam
Stultitiam patiantur opes. stat plura lucrari,
Aut, quod adest, facere, ut ne adsit. sic saepe videre est,
Momento perdi, quod non acquiritur anno.

Cras ubi bacehandi paullum deserbuit astus,
Angit sese animi, tot conturbasse bonorum:

D'evoret & ludum; cumq; omnibus intestinis
Ejurat BACCHUM: & servandi prodiga numi
Omnibus eradi vult BACCHANALIA fastis.

At non interea reliquis sunt otia. vino
Se lautè invitant. labor est, deponere plures
Posse mero: & cyathis madidam producere noctem.
Non heic, quod satis est, sed amystide vina bibuntur,
11. Deposito tanquam pretio. Gregis hui fortissime nostrum
Hector, ait quidam, ingentem propino trientem
Hunc tibi ductu uno evacuandum. Hui profit, Achil.
Hic ait, & magnâ contestans voce trientem (les,
Sacrilego vocat ore deos, quando hauserit urnam,
Cervicem trahit inflexam: mox frustra cruento
Pulmenti commista mero saniemq; vicissim
12. Largo eructat gurgite: tanquam in dolia longus
13. Deciderit serpens. rivi tabulâq; soloq;
Deproperant. surgit foetentum fluctus odorum.
Rident consortes. Hem spectaclum herclè bibonis
Scilicet! infirmi est opus hoc animiq; minuti.
Princeps lurco alias potatorum omnium ubiq;
Vis esse, & non es. velut is, quem dicere nolo,
De grege ronchicrepum, sua qui collaria cirris

Carba-

Carbaseis unus vult Franco ostendere caelo.
Bellus verò homo tu, quem pictum prater Apellis
Edat nulla manus; Lysippi ducat in aere!
Despumare nequis tantillum ventre falerni.
Heic animis audax; heic murus aeneus esto,
Non timuisse virum, nullo pallefcere poclo.
Sed me fortè jubes audire, quod objiciunt nunc;
Tu nihil invito potes comedaſve palato: &
Invitum qui potat idem facit exſiccanti:
Si, quantum cuſperem, poſſem quoq;: ſed neq; magnum
Craterem venter recipit meus; omnia parva.
Eſto: verum audi; Multum condiſcitur uſu.
Nemo adeò ſiccus, qui non humeſcere poſſit,
Si modò potanti patientia commodet ora.
Nocturnum potate merum, potate diurnum:
Occupet ignavum ſcabies. ſic poſtmodò demùm
Vobis notitiam, vobis dabit ore rotundo
Evacuare merum BACCUS. ſic deniq; verè
Pocula pota placent, deciesq; epota placebunt.
Nil eſt, quod dicunt heic centuria ſeniorum;
Sumite craterem, ſi qui potabitis, equum
Faucibus: & verſate prius, quid ferre reuſet,

„ Quid valeat stomachus : Cui pocula sumpta potenter,
„ Nec gula, nec venter, neq₃ deseret halitus illum.

„ Nuga! Quin, si quid monitoris egebitis, O vos
„ Teutonicus sanguis, juvenem reprehendite, quem non
„ Multa dies & multa taberna frequentat : & urnam
„ Perfectum decies qui non epotat ad unguem.

„ Olim erat hoc, Iuvenes parvo potare culullo;
„ Et, quantum sat erat, genio donare. Sed olim
„ Hoc fuit : hac alios poscunt sibi tempora mores.

„ Ut gentes verbis longos mutantur in annos,
„ Prima cadunt : ita potandi vetus interit usus :
„ Et juvenum ritu floret modò natus ; ut est mos,

„ Quem penes arbitrium est & vis & norma bibendi :

„ Ergò continuo sic colligitote ; sub ævo hoc,
„ Aut potare volunt aut dormire juvenis,
„ Aut simul & jucunda & idonea querere ventri.

„ Quicumq₂ à more hoc male concors discrepat ; inflet
„ Huic meritò buccas iratus Iupiter ambas ;
„ Huncq₂ Lycambeo lacerent latrante Poëta.

„ Inquis, dividuum facito : Tu dimidiatum
„ Hauri, ego quod reliquum, sic nã possum esse bibendo?
„ Non pudeat te, dimidiare viruncule ? clamant :

Perge

Perge ad gymnasium muliebre: ibi dimidiatis
 Pitissare licet pocillis vinula. non heic
 Non satis est, pateram quocunq; educere pacto: 32
 Quam si dispenses, qui vis epotet eandem 32
 Vel levis è trivio sit pumilus. Hic vir apud nos
 Omne tulit punctum, qui pocula maxima potat. 32
 In quis, Nec vinum ipse merum, crucium neq; potio,
 Quod subtile mihi solet exsurdare palatum;
 Sed magè restinctum lymphâ placet? ilicet audis;
 Potori bibulo crateres hospes inaneis 32
 Ponere si velit: aut species confundere plures 32
 Undiq; collatis succis: ut nequiter undam 32
 Miscat in Bacchum purâ de vite creatum: 32
 Spectatum admissus potor colaphosne teneret? 32
 Vivendi rectè, bibere, est & principium & fons: 32
 Hoc tibi Teutonici poterunt ostendere mores: 32
 Poclaq; provisum ventrem haud invita sequuntur. 32
 Quicquid potabis, fac sis brevis: ut cito potum 32
 Percipiant socii; craterq; recurrat ad imos. 32
 Omnis potanti gravis est mora; qualis amanti.
 Quid tibi de tali ritu, Taubmanne, videtur?
 Rides? ergò bonus? fortassis! sed mihi nuper

Nescio quis (fidei locuples homo, sat scio) dixit,
Qua' quasi per nebulam memini me audire: quod horū
Nemo haeres caeli fiat post fata, sed Orci:
Quò Styx & Phlegethon his perpetue more bibantur.
Nam fama est, sterileis Bacchi lymphaq; polorum
Esse domos. Idcirco siti ne turba bibacum
Fortè laborarent, provisum est caelitus, ut post
Mortem etiam plenos semper crateras haberent.
Usq; adeo curant Di, ne quis lurco sitiret!

Bacchus ut inflavit venas: ubi sunt duo Franci
Degeneres isti? clamant: qui solis utramq; ^{Melisso et Pophis.}
Complevere domum: versu hic, ille arte medendi:
Quos natis exempla solent monstrare parentes.
Hi sunt, qui bellum indicunt pоторibus: hi (si
Dis placet) orbe docent alios inolescere mores:
Hi sunt, queis tereti lucens amethystus in auro
Incendit digitos insignia foederis ic̄ti
Contra lurcones, comedones, ventris alumnos.

Rideo. sed risus heic causam dicere non est:
Ne voret os alapas. nocet inter pocula verum.

Hospes, si me audis, aliquid superaddo, cui ipse
Intereram nuper. Quidam sibi sapius esse

En placet vinum Coruret. Tres
En Corruo tene.
Cor tenuero.

Tres optat ventres, quemq³ amplum quatuor ulnas :
Scilicet ut decies solitum exsorberet : & ut se
Uno non esset sub sole capacior alter
Heluo. quò possit famà clarèere ; sibiq³
Victori statui devicta ob poela trophaum.
Collisus alius vitris ita vescitur ; ut vix
Abstineas, quin me dicas mentirier. Alter
Per fractas portans vulsam de sede fenestras
Fornacem deturbat. In os convicia jactat
Consorti hic : subito est scelerum sartorq³ satorq³,
Perfidia columen, sacer, execrabilis ; ac si
Minxerit in cineres H E M P E L I ; qui modò amicus.
Hic gremium famula scrutatur, & oscula pangit :
Nescio quod legit alter olus. Si ! cetera dicam
Cras, ubi tempus erit. nunc audi, quid crepet alter
Lurco, sua forma multo qui mortuus haustus
Larvali facie est, ac Morti panè gemellus.
Heus, inquit, Iuvenis : potorum te ipse minorum
Excerpas numero. Ne, lentè invergere poclum,
Dixeris esse satis. Nec, si quis potet, uti nunc,
Ebriolis propiora, putes hunc esse bibonem.
Quem rapit huc Genius ; cui venter avarior, atq³ Os

G

Magna

„ Magna voraturum, des nominis hujus honorem.
„ Tu quemcumq; tibi quis propinaverit haustum,
„ Prompta sume manu: nec pocula differ in horas.
„ Et quocunq; loco fueris, potasse libenter
„ Et multum, dicas. semperq; ita collige tecum;
„ Tunc mea res agitur, calicem cum proximus haurit:
„ Nec semel epotum fugit irrevocabile poculum;
„ Sed redit usq; ad me. Perrarò hæc alea fallit.
Maacte insta cyathis, atq; haustus haustibus adde.
Si foris ad cenam condixeris, ibis: & ibis
Primitus accubitum, calices elude minores,
Si qui stant. Magnos dic, Hospes, pone culullos.
Huic faciem pallor vertat licet. omnia causâ
Dicere ridiculi similes: in seria risum
Hunc hospes vertet; cyathosq; capacibus urnis
Illicò mutabit. Consorteis incipe verbis
Hortari, possint quæ mentem abstemio & ipsi
Addere. Nec calices bibe tot, quot ego sumus ac tu,
Ut medici, & natus. Potinnà quisquis iniqua est.
Nec bibito. ad certos numerosve vicesve: vel hoc si
Feceris, antiqui notos bibe Nestoris annos,
Fias Methusalah per pocula pota. Tuumq;

Die

Dic bene consortem, bene te, bene me, bene BACCHUM:
Quicquid et è genere hoc potorum est, dic bene. quin &
Singula verba sonent absentis nomen amica:

Aude aliquid multis pateris & Osyride dignum, 39

Si vis esse aliquid: parcus laudatur, & aret. 39

Nec facile epotant, quorum conatibus obstat 39

Faux angusta gula. proin tu compage soluta 39

Gutturis accessus amplo laxabis hiatu. 39

Omnis enim bibulus tanto concinnius in se 39

Flumen habet, quanto majus, quo potitat, os est. 39

Omniño miserum est, vinci potoribus. omneis 39

Qui domat, hictalos à vertice pulcer adimos, 39

Et virgà dignus, sed quorsum hac? virgine, dicam. 39

Nec tibi potus erit, qui recto insistere talo 39

Audet adhuc, nomenq; suum qui novit: & aquo 39

Calce pavimentum metatur. BACCHE, quid ultra 39

Adjicio? mussas? verbum non amplius addam: 39

Phy! Eleleù! Eleleù! heu hoë heu hoë boabo: 39

Tantum Eleleù Eleleù heu hoë heu hoë boabo.

Ludere tantum habui. diludia ludius opto.

Bacchari si quid novisti rectius istis,

Baccheris: si non, mecum bacchabere LCETOR,



QVEM HEIC QVO QVE IN PROSA VI-
sum est alloqui, ut prius in versu, ex meo namq; ingenio
judico caterorum. Tu si haec scripsisses; nescio, an te non
causas poscerem: qui me fortassis nunc easdem: quas
dicam tibi; sed breviter, sed in partem. Annos ab hinc
factum est quinq; ferè, postquam haec Martinalia scri-
psi cum Bacchanaliis: atq; admodum adolescens, adhuc in schola (quam vo-
cant) triviali: & ut plurimū in febrī, ita dico, In febrī, quei enim otium il-
lud laboriosum pulcrius eluderem, quā curā hac non cura? Phœmius olim
cantor varietate vocis morbis medebatur: idē ego heic quaesivi, pari animo:
an pari successu, haut scio. Vos scitis amicali, qui huius studii fuistis conse-
cranei, & verè fuistis, hodie enim ubi te esse dicam gentium, COLERE,
qui mihi oculus eras? ubi te G. MARI? ubi te REINMANNE? ubi te
autem CHYTR.? eternum mihi salvetè, lectissima anima. & si Lusius
nostri ad vos etiam pervenerint, (quod tamen vix ausim sperare) nolite
quæso duriores in eos esse, quā eratis olim, quum istos vobis recitarem.
Sed ad te redeo Lector. volebam etiam liberali hoc Lusū ingenium excitare:
& in hac palestra ventilare prius, dein velitari: donec ad veram seriāq;
pugnam armis decretoriis, pro loco, pro atate, transirem. Gallinae ova quæ-
dam subventanea edunt, (Lipsius ita loquitur) pariturae mox vera: & non
interdum fas, praesertim juvenculis, ingenii aliquem inanem fetum? At
hunc in vulgus dare non oportuit! haud negaverim, mi Lector: & fortasse
melius fuerit. Sed sunt mihi causae, aut certè videntur: quas si iuxta me-
cum scires, non dubito, quin hoc consilium tuo etiam calculo munires, neq;
dicam, quod pleriq; omnes vulgò dicunt, Amici persuaserunt; quanquam
illi mihi (verè ita loquor) non tam persuaserunt, quā reluctanti expres-
serunt. Ex quibus tamen unam habe. Postquam variè domi forisq; lusi
hactenus, funem hunc tandem incidere, & auleo sublato scenam istam
ludicram deferere cogito. Produxi igitur pœticum hunc Martinum cum
suo collega, qui, ut cantores Flacci, Plaudite, dicant. Cateras non attin-
gam

gam quidem. & cui etiam bono? Sed quod huic NOBILI TRIGAE, cae-
terog, e' inventute lectissimo CONSORTIO, quos supra nominatim ada-
signavi, Lusum hunc posteriorem dicaverim; fecit privatim meus in illos
adfectus: publice, morum doctrinae, liberalitas, qua se jam pridem doctis
bonisq, commendant. Nam vide mihi NOBILES illos: ita se litteris
dedunt, ac si per eas nobilitari primum vellent: ita humanitatem colunt,
ac si de nobis essent. Vide jam reliquos: ii vero sic in artium virtutumq,
cultu laborant, ac si privatam fortunam superare inter se consenserint. Ego
quidem in hoc Lusu rideo; sed profecto, si propius audias, risum non-risum,
sic nempe Democritus olim ridebat: immo sic Aristoxenus, sic Clazome-
nius mae'ebat: sic nobilis Heracleitus flebat. Et sic hodie etiam potationes,
amationes & res plerumq, turpiculas in Comediis cum plausu spectamus.
Neq, sane alio consilio nostrum Lusum Nobiliss, huic & ornatiss, Consortio
destinavi, nec dubium est mihi, quin eo animo sint illum habituri, quo ego
haberem, si alius quis mihi dicasset; Credo etiam tu Lector, De facie porro &
cultu huius quid anxie solliciter? ut olim a me domi comebatur, sic nunc
in publicum prodit, neq, enira consultum videbatur, nugarum hanc telam
cum cura retexere, qua opera pretium textori suo neququam reponit, Neq,
miror, si in multis tibi non fiat satis: mihi fortassis ipsi non in paucioribus,
qua tamen omnia nulli negotio, in hoc aetatis praecipue flexu, quo iudicii
fortior maturitas, elegantius concinnare potuissim: si aut milium, quod
ajunt, terebrare, aut nebulas in pariete pictas illuminare voluissim. Phra-
sin item ex Plauto mutuatus sum interdum. Et factum hoc vidi, qui vitupe-
raret. Concoxissem hunc holum, nisi bile polluisset alia. dicebat enim, Plantum
non esse classicum testem e' Latio, classicum autem? immo nec eruditum esse,
neq, adeo legi dignum. Serio loquor: videbatur mihi dicere, Mentiris
Varro, qui Musas Plautino sermone locutas ais. Et hic est Varro ille, quo
nemo unquam doctior, ne apud Graecos quidem, nedum apud Latinos: si fi-
des Laetantio, si Tullio. Et principio fortassis, ut homini crederem, persua-
deri potuissim: sed postea, quum rescirem, Agellium & omnes Majorum

geatium ferè scriptores uno ore Plautum appellare Parentem & Principem in omni Latina elegantia; auditor tantum eram, non auscultator. Cur enim facerem tam illiberale divortium ab omni doctorum consensu? quod nemo facit, nisi qui Plautum nunquam legit; aut Atticifinos eius non magis intellexit, quam Milphio Pœnulum Plauti, si legit. Ego quidem, quicquid in Latio novi (quod sanè perexiguum est) huic unà jure quodam adscribo. Sic tamen nihilominus semper consebam hæcenus, Plautum esse, non loci cuiusvis, non ætatis, non ingenii: bonoq; ac maturo iudicio docendum omninò ac discendum. Nota Luventus, nota: nam heic peccari video, atq; ut mea ipsius, quod aiunt, vineta cadam, (Amicus enim altera ego) novi adolescentem, immò iam panè virum, qui de complexu meo ac sinu est: is in illo calore juventutis rapiebatur nimis impotenter ad heroes illos litterarum, puta Scaligeros, Lipsios, Melissos, Doussas et ceteros de horù genere, qui Plautum fermè triumphant hodie, aut certè palmam eidem ambiguan faciant. Sed, ut ipse fatetur, (adsidet enim nunc mihi scribenti, dixissem panè, Tecum loquitur) suo malo. Et hac ætate propior certè esset puris illis animabus, si tam propè esse nolisset ætate aliena: & si non in aditu Sapientiæ locatos putasset, qui sunt in adytis, sed accidit illi quod plerisq; solet in adolescentia, ut videantur sibi multum videre, cum sapè nihil videant. Et faciunt hac in parte, quod imperiti pictores. Ut enim hi in facie exprimenda rugam, nevum, verrucam facile imitantur, indolè negligunt & ipsum vultum: sic illi rara aut exstantia verba excerpunt, ingenium omitunt & genium dictionis, ut scribit Lipsius: qui & in Comicis imitandis hoc vult præcipuè caveri. Itircò, mea juventus, nolim te corpus tenerum aggravare cibo tam solido, cui nondum es concoquendo. exatit is hoc quidem condimentis est se suag; venditare, & Geometricam, quod dicitur, in ciliis exercere. Ut enim purnilio, licet in monte, magnus non est; ita doctiores aut clariores nos non sumus, etiamsi principum istorum scripta legimus, si ea non probè capimus, capere autem quei possumus, si nos iudicium destituit? iudicii autem que potest esse maturitas, que firmitudo, in ætate nondum matuta? profectò heroes illi siti sunt in litterarum quasi penetrati:

ad quos accedant non nisi multum in omni doctrina exercitati. *At o*
Plaute, quò fers me extra oleas? redibo ad meum iter, immò ad tuum, mi
Lector. In Bacchanaliis versibus aliquamulti leguntur, quos ne quòd in
scenam hanc ex Horatii Arte produxi: quàm bene ad rem, tu judicabis.
Interea tamen & hoc negatum non ibo, esse quædam in hoc Lusu neq. vul-
garis omninò palati, neq. publici prorsum saporis: immò quæ vel doctiores,
confuse & oculo conturbato per lineam quasi nebulam, aut ventum texti-
lom (ut arbitratur Arbiter) videre possint. Verùm enim verò ut sit:
sive speciem habeant arridendam, sive irridendam: sive applausum, sive
explosum mereantur: seriò nihilominus testor, à me heic nihil positum,
quod non in electo aliquo Scriptore prius lectum. Sin verò in positu judi-
cium vacillasse dixeris, non equidem negaverò: immò factum alicubi, jam
nunc video. Et sanè aliam longè faciènt plerag, haberent, si nunc scri-
berem: si non ea scripsissem ætate, qua interdum solemus adolescenturire
liberius: ut cum poeta loquar. Syllabæ quoq. mensuram si alicubi in pro-
priis istis (ubi ratio non semper apparet) obliquo verberes oculo, facile
patiar: modò me non verberes, priusquam causam dixerim. Erit eti-
am nonnemo, qui à totius quædam posita clamabit: & iam nunc clamorem
hunc audio, etsi non audio. Quæso te, mi Lector, ne verbis meis men-
tem aliquam adfinge ex tua mente, præter meam mentem. Quando me
audires, rationem fortassis haberes. Si peccatum verò planè est, da illud,
quicquid erit, tuæ æquitati & homini adolescentulo: qui non tantum possu-
mus errare, sed debemus: quia homines sumus, quia homines adolescentes.
Sed quòsum ista tam multis? Anseres adfero, vel potius Columbas Tauba-
manianas, quæ secui non sunt ad gustum & salivam, edat passerem. Immo
SOMNIA sunt: ne quis errèt, non enim tunc in Atlantide eram insula,
ubi negantur somnia videri sed in Franconia, cum hunc in modum inepti-
rem. Lector, vis tribus verbis? Reduxi Buttubattam Nævii, vis uno?
Lusi, tu, nisi Heraclitus es, ride: & sicubi à me peccatum, pilam cape:
Ego (quod olim Lentulus fecisse dicitur) præbebo iuram.

Tantum est.

T.Y.P.O.

TYPOGRAPHE,

PROFECTO verum est, quod Varro ait, Pransum ac paratum esse hominem semper oportere. hoc in nobis experior domi, ne foris quaram. nam is si minus nunc ego fuisset, ad me quum mittis, ut quas reliquiarum reliquias habeam, dum pralum fervet, properè properem; non esset, quod tu cum tuis ageretis. scilicet! Habete igitur etiam has Columbas. vos eas, dum dantur, dum calent, admordete, comedite; lixas, fixas, ut libitum fuerit: vel si crudas: ego non prohibuero.

AD. M. IOH. ORTELIVM,
quòd Bacchanalia promissa non
miserim.

*Qua memini, mora Iane mera est, eadem ipsa moneri.
Quod tibi promissum est criminis, id memini.
At scis, quid metuam? nocui res plena pericli est
Bacchus & irata Manades & Satyri.
His furiis Orteli initis: tibi rère locellum
Tantillum in tantà posse vacare domo?
Si sat consilii est in te tibi; consule. fatis
Pentheus atq; Orpheus dant documenta suis.
Aut vetus usurpem? Facile est promittere cuivis:
Promissum effectum reddere, difficile est.*

Ad

B. VV. F.

Quis

Quis nugivendus ille multo pessimus,
Rumoris auceps ille nequam pessimi,
Qui in hoc caput tam splendide mendax fuit:
Ut impudenter ore longè durimo
Sit ausus adfirmare, me pauxillulà
Hora unius morà, ruentis ingenI
Ferventiore Casti illius impetù
Vel 100. eoque plus, & ablecto styli
Sermone versus funditare? & in suam
Fidem citavit facta Baccho carmina,
Illosq; Martini Anseres. phy! pessimum!
Mendax homo iste, quisquis est: mendax homo.

Exesto quàm longissimè: exesto, inquit
Mos pessimum, mos bile dignus pessimà,
Nostriq; sacri incommodum quàm pessimum:
Dum quicquid in buccam venit, turpissimè
Effutiunt & exspuunt: & publico
Quamnox fruisi plurimum preconio
Exestuant: charta illinunt: typographis
Vel praeiutis are, vel precario
Obtrudere haud verentur improbissimè:
Ac nomen edificare falso hinc autumant

H

Sibi

Sibi: atq; in os venire, quantum est, omnium.
¶ Sed cui bona haec cacata charta? Cui bono,
Nisi ut inquinet purumputum illum, & aurcum
Et Atticum vetustioris saeculi
Lingua nitorem! ut litterarum primulo
Ab usque seminario nequissimas
Sordes Latinitatis istas contrahat
Incauta pubes: opprimatq; mordicus
Non eximendum saeculis vel omnibus.
Ut guttur infimum (usus hic potissimus)
Coinquinatum tergeat: tus vestiatur.

Quare obseres incontinens os: aut tibi
Ipse obserabo, Franconum vocans Cycnum
Emyrtilietis, qui probe, testor iovem,
Os illud occillabit impudens tibi,
Os garriens, os dignum oleo rustico:
Ut enitescat universis, ipse quod
Sis nugivendus ille mulio pessimus,
Rumoris auceps ille nequam pessimi.

Epitaphium

SANICLAE.

Hac

*Hæc ego, fatorum de jure, LEUNCULUS illud
Delitium catuli, contumulabar humo.
Codula crispa mihi: cita cruscula: velleræ lacti
Æmula: colla meris luxuriosa jubis,
Ponè nates cinni tubercula bina pilosi:
Jurares, catigas ista fuisse meas.
Cætera glaber eram: levisomnis, & utilis adi
Noctis ad excubias rem specularar Heri.
Lysimachi catulus, Meliteaq; cura Sabini,
Præ me, præ genio nomina vana meo.
Quisquis es, excelsas ne scande catelle fenestras:
Hinc mihi tam subiti caussa caputq; mali.*

In Plautum.

Ad

GEORG. SPECNERVM, Creusen-

ET Venere & Charisin & Musis natus iniquis,
Cui genius Plauri non sapit ad geniurn.
Ipsæ adeo, Musæ Plauri sermone loquuntur.
O Umbri umbellam sit mihi posse sequi!
Hic Veneres habet omneis. m. scet hic utile dolci:
Ausit & huic punctum quisq; negare suum?

H. 2 Plautus

Plautus Musarum decima: & flos Atticus: idem
Sermonis Latini regula certa sui.

Hunc penitus sollers adytis Sapiencia clausum
Distinet. atq; animas huc vetat ire rudes.

Scaligeris, Lipsiis, Doulais atq; Melissis
Ad gustum hic aliquid pinsere Pistor habet.

Sat nobis hujus pulvisculus esse farina
Creditur & Latia mica pusillamola.

O studiis damnate puer, ne scena Terenti
Vilescat mundi simplicitate sui!

Ni prius hic animum coluit; me iudice, nusquam
In Plauti orchestra jure sedere potes.

COME, Venus, Charites, Musa; date lacteus imber
Supra umbras Umbri depluat vividulas.

Ad
IOH. VV. v. clariss.
P. L.

Edepol argute! Siquid componere coner,
Saviter adfectas lectum quod mulceat aureis,
Purituq; animos titillet, & audiat Euge;
Narculus è triviis arguat verba petendum:
Et mihi nescio quid Nasonis gannit in aurem,

Publi-

idem
PUBLICA FORMA placet sermonis. Publica quanam
Forma inquam, est hodie? Quam qui vis utimur. Ergo
Pullato è circo atq; olida pædore culina
Post accersendum est & res & verba Pœtis,
Siqui lectores sibi demeruisse laborent.

Marcule, Ego abnorme sequar hac deliria secta?
Non tu non Pater ipse patratu id impetret à me.
Incestat frustra nostram his latratibus aurem.
Audio te tantum, sed rerum ausculto peritos.

Siren Arpinas Cicero tibi semper in ore est.
Laudo. sed à scriptis cur tam procul exsulat? aut hoc
Cum Cicerone loqui est; Aliquot disquirere voces
Indice Nilotio, ac certo disponere nexu,
Tanquam tessellas, sine succo & sanguine? Non sic
Dico dicis causâ. multo pars maxima somno
Sunt in eo: peccantq; adeo, qui non ita peccant.

Marcule, Tene sequar? nusquam. teris avia vero.

Præterea Volsce atq; Olsce nos scribere clamat.
Sed Volscum atq; Olscum quid nominat? Omne, quod
Non intelligitur. Tulli, Maro, Plaute, Lucreti, (ipsi
Nunc primum disco, Volsce vos scribere & Olsce,
O anima pure! si non fastigia tantum

Publ.

Ceu per transfennam, populari lumine limo;
Sed penitis oculos adytis paullo altius ausim
Insinuare: & non protrita expromere vulgo:
Ocyus audire est; PROCLANTI QVARIUS ESTO,
Qui casca ex opico Saturni podice ructas.

Pacuvii vomitus & jam demortua Matti,
Aut VERSE ARSE, à me tu quando? Scribere nolo,
Eja BONUS VESPER DOMINE HANS. sed scribo nec illud,
Præsul ut amptuat, inde & volgu' redandruat olli.
Has ego quisquilias & honore vocabula nullo
Versificatorum de fursure destino geni:
Hoc sibi qui reges, si turbida turba Tribuni
Plaudat & irrequieta senacula pumilionum.
Non mea tam vecors fabricavit corda Prometheus.
Sectari conor, magno licet intervallo,
Carminis artifices geni potioris alumnos.
Isti nempè FACEM PRAELVCENT iramite recto,
Consignantq; viam præscripta ad CANDIDA CALCIS.
De Plauto. hic à quo non vapulat Umber: & altà
Tractus ab orchestrà quas non damnatur ad umbras?
Varro Latinorum longè doctissimus olim
(Nomen ad auditum critici submitte fasces.)

Non

Non alio Musa, scribit, sermone loquuntur,
Præter Plautino. princeps & regula linguæ
Plautus erat Latine, siquid tibi cordis, Agelli, est.
Verum, ut nunc homines sunt: hic nil prorsus ad horis
Pinsere Pistor habet stomachum: rudis oncat aselli
In ritum: digitosq; nefas hunc tangere. quin &
Non rarò auriculas quosdam obturare videres
Illius ad vocem, ceu Seps ad murmura saga.

O genus! Anticyra nulli sanaberis, ut vel
Tres tantum ad numeros satyri moveare Bathilli!
Cincte pœtifici laurum VV....re MELISSI
Salve cum Modio. cum vulgo Marcule plora.

Ad
ANDREAM GEISLERVM
Brig. Siles.

Ad gustum negat esse sibi mea carmina Bucco.
Si negat ex animo, carmina nostra probat.
Hoc est, quod tanto semper quasi vivimus astu;
Iudicio vulgi NOLLE PLACERE. datum est.

Ad
ANDREAM SCHAFMANVM, Vuestph.

H 4 Nunc

Nunc est quarta dies, ex me quum quarit amicus,
Cur potiùs dicam Vitulo, quàm Vitulo.
Vitulo cur etiam m'olim pra Vitulo, huic tum
Responsum tantà strennuitate dabam:
Ut de juraret, (pro Festo, somnia Paulli
Quando sibi toties imposuisse videt)
Se pra Scaligero posthac & codice Noni,
Credere nolle viro, credere nolle libro.

Ad

MART. VVERNERVM.

Marculus impegisse dicam mihi dicitur. An scis?
Quum facerem nuper Lemmate fortè meo;
Area concinnata probè est: ames exstat & auceps:
Ames dicendum, non amès (inquit) erat.
Iste Calepini testem sibi lexicon adfert;
Flacuum ego. jam dic tu, Plenior utra fides?

Ad

VIT. ERASM. HOSMANVM.

FRancus homo fertur nostros admittere versùs.
Si verum est, digitis excute Terra tuis.

Instar

*Instar habere potest hic unicus omnium: Et uno hoc
Plus sum, quàm quod me Marculus esse velit.*

Ad Marculum.

*Nempè joci causa scribebam nuper ad ora
Versiculi, Semper-Taubman. tu Marcule, rides.
Nunc ego mutavi: si mutas tu quoq³, ploras.
Fr. Non-semper-Taubman.*

Versus nuptus.

*QVid tibi? Lippe Falippe. meâ fruor (ecce!) puellâ.
Transit in thalamos Phadria pacta meos.*

Quòd facio Veneri, facio quòd ritè Diana:

Nil facit ad nasum, Lippe Falippe, tuum.

Quòd mecum mea Virgo viret pra virgine laurû,

Virvidiusq³ cedri germine: Lippe, nec hoc.

Hac in Francois mihi sola quòd apta puellis:

Digna quòd hac genio sola reperta meo est:

Pompa quòd augustas quammox nos ducet ad aras:

Nil facit ad nasum, Lippe Falippe, tuum.

Quòd mihi delitias facit: uda quòd oscula pangit;

Huic quòd ego oppango basia: Lippe, nec hoc.

I Lippe

Lippe Falippe, nec hoc: ea liberiore quod usis
Serpit in amplexus ambitiosa meos:
Inq; vicem amplexi quod & ipse & illa susurros
Edimus arguto murmure: Lippe, nec hoc.
Æquis amor quod utrosq; trahit: quod spiritus idem
Vernat in amborum sanguine: Lippe, nec hoc.
Hæc mihi quod Juno est, ego quod sum Juppiter illi:
Huic ego quod Frater, quod Soror illa mihi:
Oggannis frustra. nihili compesce cavillos:
Nil facit ad nasum res ea, Lippe tuum.
Me viso, in sese quod subsilit. illa: quod in me
Cor micat ad vocem P H A E D R I A: Lippe, nec hoc
Quod subit illa jugum sine murmure prompta marito,
Vivit & arbitriis obsequiosa meis:
Iure bono ut possim petasorem tollere, longo:
Teutona quem saclo Noridos aula tenet:

Respiciunt hæc ad parcemiam Francorum: Wer Herr über sein
Weib ist, der hole den Bachen zu Nürnberg im Teutschen Hoff.

Hæc facit ad nasum res, Lippe Falippe, tuum nil:
Protenus invidia tolle susurra tua.
Si te fuste dolat, tua si facit uxor oletum:
Hoc facit ad nasum, Lippe Falippe, tuum.

I nunc

*I nunc & blatera, Taubmanno vindice; quamam
Debeat in nostros ire puella toros.*

Ad

ALBUM AMICORUM.

HIC AGRILIBER INSTAR habet sub imagine parvâ,
Cultores fundi querit uterq; sui.
Pulvinos habet & pressos Ager ordine sulcos:
Pulvinum & sulcum Pagina quaq; refert.
Cultor Agri livam ducto concinnat aratro:
Præstat idem calamo ducta litura tuo.
Seminio conspergit agri sola culta. minutas
Credam litterulas seminis esse notas.
Seligit ex reliquo florem modo farris acervo
Haud paleas; quoties annua rura serit:
Hujus in exemplum Cultor meus ire memento,
Chartea quum seris hæc rura loquace sativ.
Aurea Virtutis, si quid dabis, horrea pande:
Quisquilias trivii fers mihi? nolo seri.
AT serite Agricola. qui severit optima, jure
Optimus exstricti Cultor habetur Agri.

I 2

Ad

Ad
PAULUM PURGOLDUM
Der S. Br. d. nein legt. Amicum
veterem.

Scitam PAULLE paras abitionem,
Et quam quisq; viator examussum
Natam diceret ambulationi,
Namq; Auctumnus opum ferax, adauctu
Hospites beat usque luculento.
Tunc curas edere est meas, Columbas:
Tunc turdos quoq; principes volucrum,
Clunatosq; lepuseulos. nec exest
Neptuni suboles salita, falsi
Inquam pisciculi. nec humor exest
Viteus sapidus saporis, almi
Auctumni suboles. ibi esitare est
Porcelli petasunculos; & horum
Siqua sunt potiora delicata
Scitamenta beatulis saliva.
Quin aer quoq; temperatus; & nec
Iusto caldior alsiorve: quorum
Hoc frigere nimis solemus, illo

Astivè

*Æstivè nimium viaticari.
O iter sapienter auspicatum,
Auctumno quod initur auctitanti!*

In
ALBUM AMICORUM
G. Fr. Vnf.

VERO S' querere tunc vis AMICOS?
O rem difficilem & periculosam!
I, incende tamen meridiano
Magnam Diogenis foro lucernam:
Et disquire labore diligenti:
Si possis reperire verum amicum.
Immo si reperis vel umbram amici,
Dic quaso mihi. quaram & ipse: si fors
Inventus quoq; detur aut amicus,
Aut umbella ab amiculo. sat, o sat!
Res est usq; adeo laboriosa,
Verum si quis habere vult amicum:
Quin si umbram quis habere vult amici!

Ad
Quendam Sodalem.

I 3 Si

SI desueta suis erit frutetis,
Atq; adsueta domos heriq; mores
Voipes: ingenium exsuis ferinum,
Induitq; cicur: manusq; nota
Poppyssimum patitur per os, per armos:
Et dat blanditias modò has modò illas,
Advoces domini usq; ganniendo.

Nos, qui nobiliore mentis usu
Pollemus homines, Amice; tantà
Æstuabimus imbecillitate:
Ut nos non bene noscitemus? immò
Mutuis animis amemur? ut non
Mutuis animis amemus? immò
Adfectu de amemus insolenti,
Quantum qui penitus suum medullis
Aut fratrem aut patrem amavit unquam amatq;?
Unà cum fuerimus, atq; easdem
Ædeis participavimus cibosq;
Sermonesq; jocosq; amiculosq;
Annos panè 10. decem inquit annos.

Ah, quàm nomina non inepta, si nos
TROIANI quoq; MILITES vocemur!

Ad

Ad
FAN. MELCHIOREM van-Rabenstein
amicum Nobilem.

Quid tu miraris? bia dena vocabula est unum

Uno quod potui cogere pentametro?

Crede mihi, non esse potest mirabile quicquam,

Si quisvis nostro de grege praestat idem.

Hoc mihi (qui polypi nunc sunt) mirabile demum est,

Si duo sunt adeo secum in amore pares:

Ut, licet absentes, verè sibi dicere possint:

Tu in me ita es, (hem!) in te ut
ego: & tam heic te amo
ego, ac tu ibi me heic.

HÆC OLIM FUERUNT,
mi Lector.

PROINDE si leges ea, semper tecum cogita: Si potuis
cum veniã laudare muscam Lucianus: stultitiam Erasmo:
calvitium Synesius: Quartanam Phavorinus: pulicem
Calcagninus: hoc est, Magni viri magnas rugas: mereri quo
que veniã posse hominem adulescentem, qui animi causã
lusus liberalis dedit, versusque pro ætate scripsit leviores &
qualeis-qualeis.

TAVBMAN.

1787

TO THE HONORABLE SENATE OF THE MASSACHUSETTS

IN SENATE

REPORT OF THE COMMISSIONERS OF THE LANDS